



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 132. Ordo militaris Equirum S. Georgii a Papa confirmatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.  
A.C. 1494.

niæ Rex ad Africam armis debellandam a Pio II. sibi assertum contendebat, concessionem Ferdinando atque Isabellæ factam eo restrinxit, ut nonnisi Algerii, & Tuneti regna armis sibi subicere possent, relicta Lusitanis regnum Phutense, quod Fez vulgo vocant, finitimasque regiones expugnandi libertate. Altera exstat ejusdem Pontificis Bulla, qua tertias ex decimis partes Ferdinando attribuit, ut Granatensis regni arces adversus Mauro- rum impetus communiret, si forte hi regnum infestis armis recuperare tentarent: Itaque Reges Catholici primo diplomate firmati adversus Afros validam classem instruxerunt.

§. CXXXII.

*Ordo militaris Equitum S. Georgii  
a Papa confirmatus.*

Jam Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo Fridericus III. Imperator militiam Equitum S. Georgii instituit, quam etiam Paulus II. auctoritate sua firmavit. Horum illud fuit institutum. I. Ordo a supremo militiæ Magistro regeretur, quem Equites accedente primi Austriacæ Familiæ Principis consensu eligerent. II. Adlegerentur non solum Equites, sed etiam Pres-

Presbyteri, qui Præposito, hic vero ipse-  
 met supremo subjaceret Magistro. III. Sæcul. XV.  
A.C. 1494.  
 Obstringerent se voto obedientiæ, ac ca-  
 stitatis, non item Paupertatis, eorum ta-  
 men bona tam mobilia, quam immobi-  
 lia iis fato functis in spolium Ordinis  
 ærario addicerentur. Præterea Joannes  
 Sibenhirter, qui anno priore ad supremum  
 Magisterium eVectus erat, ut Ordini  
 suo majorem adjiceret splendorem, sode-  
 litatem instituit, cui cujuscunque condi-  
 tionis Viri inscriberentur, quorum non-  
 nulli in Turcas pugnarent, alii ad arcem  
 adversus Turcarum eruptiones construend-  
 am stipem subsidiariam conferrent.  
 Hanc confraternitatem, ut vocant, Ma-  
 ximilianus I. approbavit, eandemque A-  
 lexander VI. edita Constitutione die de-  
 cima tertia Aprilis hujus anni non solum  
 confirmavit, sed ipse etiam eidem no-  
 men suum dedit: Verum institutum hoc,  
 quamvis nobilissimum, haud diu vixit.

## §. CXXXIII.

*Joannis Pici Mirandulani obitus.*

Hoc item anno celeberrimus Joannes *Trithem. &*  
 Picus Mirandulæ Princeps die deci- *Bellarmin. de*  
 ma septima Novembris extremum clau- *script. Eccl.*  
 sit diem non nisi triginta duos, aut tres *Dupin. Bibl.*  
 annos natus. Lucius Bellaucius Senen- *tom. 12. in 4.*  
 sis *sæcul. XV.*